

signatum: *Nonne duodecim sunt hora diei?* *
 Quasi dicat: Quod hac hora non proce-
 sit, aut periculosum damnosumq; fuit, a-
 liâ succedet, & periculo damnoq; vaca-
 bit. Omnia De⁹ certo statiq; tempore in
 actum deducit, quod quisquis exactè ob-
 servare sciet, me ille multas oportunita-
 tes non prætermittet. Itaq; si Judæi tem-
 pus Messie, & sue visitationis ex Prophe-
 tis & concionibus Christi observavissent,
 meliore loco hodieq; illorum res essent.
 Atq; hæc prudens tēporis & occasionum
 investigatio confirmat & stabilit divinā
 sapientiā, providentiam, & Oeconomiam,
 nedum ut illi quicquam deroget. Taceo
 Apocalypsin Johannis plenā esse mysterijs
 temporū & numerorum. II. Christus ipse
 met remittit nos ad signa cœli, Solē, Lu-
 nam & Stellas; *Luc. 21.* Neq; n. erraverit
 qui cœlum speculum majoris mundi ap-
 pellabit, in quo sagax Philosophus quæ
 in terris futura sunt possit prævidere. I-
 taq; cum publicæ clades præ forib⁹ sunt,
 cœlum cōtristatur illosq; signis quibus-
 dā denunciatur; juxta illud Isa. 13. *Stella cœli
 & splendor eorū non expandet lumē suum: ob-
 tenebratus est Sol in ortu suo, & Luna nō splen-
 debit in lumine suo. Et Ezech. 32. Operiā cœ-
 los, & nigrescere faciam stellas ejus: solem nube
 tegam.*